



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XIV. Hermann von Werberg, oberster Gebietiger des Johanniter-Ordens, verleiht an Johann Reiche das Schulzenamt zu Marienfelde, am 23. April 1344.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

atque gratam ac inuiolabiliter obseruari. In cuius etc. Testes decke, wolffstein, pincerna, Lochin, magister coquine, haffo de wedel senior et ger. wolf. Datum Berlin, anno domini M° CCC° XLIII, Sabbato post circumcissionem eiusdem.

Nach dem Copialbuche des M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 23.

XIV. Hermann von Werberg, oberster Gebietiger des Johanniter-Ordens, verleiht an Johann Reiche das Schulzengut zu Marienfelde, am 23. April 1344.

Vniuersis et singulis Christi fidelibus, prefens scriptum visuris seu auditoris, cupimus fore notum, quod Nos frater Hermannus de Werberg, in Saxonia, in Marchia, in Slavia et in Pomerania sancte domus hospitalis sancti Iohannis Iherusalem summus preceptor, quod unanimi cum consensu nostrorum fratrum, videlicet Domini Borchardi de Saldern, Commendatoris in Quartan, Domini Gerhardi de Eltze, Commendatoris in Roreken, Domini Ottonis de Steindal, Commendatoris in Myrow, Domini Burchardi de Arenholte, Commendatoris in Tempelhoff, Domini Arnoldi de Teltow, Prioris, totiusque conventus ibidem, contulimus iusto titulo venditionis conferimusque discepto Viro Johanni Rycken, Civi in Colne prope Berlin, suisque veris heredibus, prefecturam cum tribus mansis et cum omni utilitate et Jure ipsi prefecture adherenti in Villa Merghenvelde, Insuper cum undecim mansis prefecture antedictae coherentibus, quinque ad curiam antiqui Byfendal pertinentibus, cum quatuor mansis ad Curiam Stephani spectantibus, pactum de quolibet manso dimidiam marcam argenti Brandenburgici et ponderis tollendum de iisdem. Preterea si aliqui predictorum mansorum defolarentur et predictus Johannes aut sui heredes hos pro suo pacto colere voluerint, hoc debet fieri absque quolibet seruitio et nostro cum consensu. Quod si antelatus Johannes Ryke ab hoc seculo migrare contigerit secundum divinam voluntatem, eadem bona suis veris heredibus debemus et volumus conferre, absque aliquo munere quantitateque donationis. Insuper, si noster Ordo, aut aliquis Confratrum nostrorum predictum pactum reemere voluerit, marcam quamlibet pro septem marcis argenti Brandenb. et ponderis reemere debet, dummodo reemtionem a Johanne Ryken aut a suis heredibus legitimis petierit ex parte sancti Ordinis propter Deum, Et tunc infra octavam Pentecostes plenariter exsoluere et pagare. Alioquin antedictus Johannes aut sui heredes pactum eorum tollere debent in festo Martini continuo sequenti sine aliquo nocimento. In hujus testimonium evidens dedimus prefato Johanni Ryken et suis heredibus legitimis prefens scriptum, nostrorum sigillorum appensione roboratum. Actum et Datum Colne, Anno Domini M. CCC. XLIV., in die Georgy Martyris gloriosi.

Küster's und Müller's Berlin IV, 60. 61.